



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetæ Clarissimi, Paraphrasis,  
Heroico carmine conscripta**

**Carpenteius, Joannes**

**Antverpiæ, 1588**

Cap. 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68688)

Cyre potens, regni que tui quod munere nostro  
 Suscipies, moderare datas sapienter habenas.  
 Tantum illud moneo; meus explorare quid optem,  
 Quid iubeam labor esto, tibi parere iubenti,  
 Cura sit, & lato mandata faceffere vultu.  
 Tu mihi enim (dico repetens) fufisq; fugatisque  
 Hostibus, & parta tranquillum pace per orbem,  
 Sedem instaurabis Solymam, summoque Sionis  
 Vertice, restitues solido mihi marmore templum,

Legamus (alt.)  
 diuus Hier.  
 historia Cyri  
 maioris octo  
 libris à Xeno-  
 phonte con-  
 scripta, & I-  
 saie prophetia  
 cetnemus im-  
 pletam.

<sup>1</sup> Namque ego te, nondum cum sis, nec luminis auras  
 Hauseris, & multis non sis oriturus ab annis,  
 Prouidus elegi, lectumque sacro unguine tinxi,  
 Cyre meus, dextraque, ut mos fert priscus, amice  
 Porrecta, in solium nulli superabile duxi;  
 Te sceptris reges positis, te poplite flexo  
 Omnis adorabit terraq; marique potestas;  
 Te gentes, te regna colent tibi nomine nostro  
 Bellanti, porta pandentur, & aerea claustra,  
 Prostratisque humiles dedent se mœnibus vrbes.

<sup>2</sup> Ipse ego victoris dux agminis, ante cornu sca  
 Principia, & telis horrentia signa virisque,  
 Terribilis visu incedam, monte sique morantes  
 Impellam, non flumen iter, non vallis iniqua

Præpediet, non arati munimine vectes  
 Opposito, effringam vectes, portasque reuellam.

<sup>3</sup> Hic tibi thesauros regum redhibebo priorum,  
 Defossasq; imis specubus, quas inuida tellus  
 Humani generis damno, sub rupibus altis  
 Iamdudum tenebris auoque situque sepultas,  
 Non ipsi visas qui conspicit omnia Soli,  
 Abdiderat, gazas retegam, totius ab annis  
 Mille retro mundi spolia, exuniâque subacti.

His ego te donis, hoc te dignabor honore,  
 Ut quis sim, tua qui populis decora alta futuris  
 Præcino, teque tuos ante ortus nomine signo,  
 Agnoscas, meritoque colas, reuerenter adores,  
 Non diuis similem fufis, aut marmore sectis,  
 Sed verum solumque Deum decus Israël;

Præsidiumque mei summum: <sup>4</sup> Namque illius ergo  
 Ifacidaq; mei, quo non mihi promptior alter  
 Obsequio seruare fidem, te, Cyre, superbis  
 Gentibus imponam regem, dominumque tyrannis,  
 Suscipiamque tuas partes, famamque, decusque,

Regnum.

### Cap. 45.

<sup>1</sup> Hæc dicit Domi-  
 nus christo meo Cy-  
 ro, cuius apprehendi  
 dexterâ, ut tubitiam  
 ante faciem eius Gê-  
 tes, & dorâ regum  
 vertam, & aperiam  
 coram eo ianuas, &  
 portæ non claudentur.

<sup>2</sup> Ego ante te ibo: &  
 gloriosos terræ humi-  
 liabo: portas aereas  
 conteram, & vectes  
 ferreos confringam.

<sup>3</sup> Et dabo tibi thesau-  
 ros absconditos, & ar-  
 cana secretorum: vt  
 scias quia ego Domi-  
 nus qui voco nomen  
 tuum Deus Israël.

<sup>4</sup> Propter seruū meū  
 Iacob, & Israël ele-  
 ctum meum, & voca-  
 ui te nomine tuo: af-  
 similaui te, & non co-  
 gnouisti me.

Ioseph. lib. 11.  
 Antiq. Iud.  
 auctor est Cy-  
 rum hoc le-  
 gisse vatici-  
 nium.

*Regnumque orbe tuum toto memorabile reddam.*

*Te tamen ornatum tot dotibus atque triumphis*

*Non ego nescieram fore diis ut templa paternis*

*Extrueres, legesque meas, moremque sacrorum*

*Aut ignorares, aut ritu imbutus auito*

*Negligeres; clarum nihilominus ire per orbem*

*Conspicuumque dedi populis, atque omine lato*

*In magnum misi imperium, quo gloria nostri*

*Numinis occiduum pernix peragraret & ortum:*

*1 Iamque Deus dicar verus, solusque saluter,*

*2 Nec votis posthac alius precibus-ve vocetur;*

*3 Qui lucem feci & tenebras, qui nomina nocti,*

*Nomina, cum nondum luceret, propria luci*

*Imposui, magnoque diem, noctemque minori*

*Mandavi lustrandam astro; qui bella metumque*

*Terrorumque fero, cum iustas ultio penas*

*Poscit, & impietas hominum scelerata meretur;*

*4 Qui pacem, pacisque bonae bonus ocia mitto*

*His, sua qui versi agnoscunt errata fatentes,*

*Et veniam lacrymis poscunt: Deus haec ego cuncta*

*Perficiam: Deus omnipotens, Deus omnituensq;*

*5 Saevus in iniustos, iustis bonus omnibus aequus.*

5 Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognovisti me:

6 Ut sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quonia abfque me non est. Ego Dominus, & non est alter:

7 Formans lucem, & creans tenebras: facies pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia haec.

Cyrus Deum non agnovisse, notum est ex Esdra, lib. primo, cap. primo.

VATL